

# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Vsebina: 62. Tridnevica v spomin petdesetletnice bratovščine sv. Rešnjega Telesa. — 63. Epistola Encyclica ad Episcopos Scotiae (Continuatio). — 64. Zakon z dné 19. septembra 1898 gledé dotacije katoliških dušnih pastirjev. — 65. Ravnanje z inozemskimi matičnimi izpiski, ki zadevajo avstrijske državljane. — 66. Zakoni ruskih državljanov v inozemstvu. — 67. Oraculum S. R. et Universalis Inquisitionis circa matrimonia liberorum pensatorum, sectariorum et catholicorum, qui christiana officia adimplere recusant. — 68. Oraculum S. R. et Universalis Inquisitionis de membris humanis amputatis sepe-liendis. — 69. Slovstvo. — 70. Družbe treznosti. — 71. Konkurni razpis. — 72. Škofjska kronika. — 73. Posvečevanje portatiljev.

Št. VIII.

1898.

62.

## Tridnevica

*v spomin petdesetletnice, odkar se je ustanovila bratovščina za vedno češčenje sv. Rešnjega Telesa in za upravo ubošnih cerkvâ.*

Castiti bratje duhovniki!

Letos je ravno petdeset let, odkar obstoji društvo, kateremu je namen, častiti presveto Rešnje Telo in skrbeti za lepo in dostojno opravo revnih cerkvâ. Blaga in pobožna gospa Ana Meeus je l. 1848 v Belgiji ustanovila društvo sestrâ vednega češčenja. Društvo so kmalu odobrili belgijski škofje in leta 1863 je dobilo pravico priklapljati si jednaka društva tudi zunaj Belgije. Leta 1879 se je glavni sedež preložil v Rim in tej rimski bratovščini se je dalo pooblastilo, pridruževati si druge sličnega imena in je storiti deležne vseh odpustkov.

Da bi se pa petdesetletnica te bratovščine slovesno in koristno praznovala, prosila je prva ustanovnica, ki še sedaj živi v Belgiji, sv. Očeta, naj dopusté tridnevnic in naj vernikom, ki bi se jih udeležili, podelé obilnih cerkvenih milostij. Sv. Oče so želji prav radi ustregli, ker želé, da bi se češčenje presvetega Rešnjega Telesa še bolj poživilo. Zato so izdali naslednje pismo:

Cum Nobis nihil antiquius sit, quam ut Christiani populi pietas hoc potissimum tam

gravi Ecclesiae tempore, erga Sacramentum Amoris magis magisque excitetur, pias societates quae sedulo studio eundem sibi finem propositum habeant, quantum in Domino possumus peculiaribus gratiis ac spiritualibus auxiliis augere solemus. Harum in numerum minime Nos latet arcessendam esse societatem religiosarum sororum ab Adoratione Perpetua cura praesertim dilectae in Christo filiae Annae de Meeûs, quae ipsi instituto in praesens egregia laude praeest, in Belgica ditione Bruxellis intra dioecesis Mechliniensis fines canonice erectam, ac postea, favente Deo, per plures Christiani Orbis dioeceses in Ecclesiae bonum atque emolumentum diffusam. Haec enim societas dum plurimis pietatis exercitationibus Augusti Sacramenti cultum provehere studet etiam in Salvatore ac frugiferum opus intendit, suppeditandi subsidia pauperibus Ecclesiis, easque sacra suppellectili instruendi. Idcirco eidem societati ab Adoratione Perpetua cohaeret canonice erecta eiusdem nominis Archisodalitas, quam in Belgio similiter primum institutam, et pluribus a Decessore Nostro Pio PP. IX. rec. mem. indulgentiis ditatam, Nos deinceps per

similes Apostolicas litteras Romam in catholici nominis sedem et centrum iussimus transferendam. Nunc autem cum sicuti ad Nos retulit Generalis supradicta Moderatrix, quinquagesimus sese vertat annus ab inito hoc pio opere Adorationis perpetuae, et pauperum Ecclesiarum, anno enim MDCCCXXXVIII sollemni festo Corporis Christi die, primum sacra ornamenta pauperes ad Ecclesias missa sunt et insequentis Decembris mensis vigesimo octavo die operis ipsius sodales in Sacellum Sanctissimi Sacramenti a Miraculo prima vice convenerunt, enixas Nobis ipsa Moderatrix humiliter preces adhibuit, ut auspiciatissima occasione caelestes Ecclesiae thesauros, quorum Nos dispensatores voluit Altissimus reserare dignaremur. Nos vero ut societas tot tantisque nominibus optime de Christiana re merita novum sortiatur voluntatis Nostrae pignus piis hisce votis annuendum libenti quidem gratoque animo existimavimus. Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi concedimus ut a festivitate Sanctissimi Corporis Christi, ad novissimam anni vertentis diem, tribus continuis diebus per unius cuiusque loci ordinarium semel designandis in qualibet ex Ecclesiis religiosarum Sororum a perpetua Adoratione, et in Ecclesiis in quibus canonice erectae extent eiusdem nominis societates Primariae Almae huius Urbis Nostrae rite aggregatae, et ruri in curialibus aedibus in quibus instituta sit menstruae Adorationis hora ubique terrarum existentibus, sollemnes triduanae preces in gratiarum actionem peragi valeant, utque postremo illarum die, fidelibus qui dictis supplicationibus pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effundentes adstiterint, vel respectivae societatis Moderator, vel alius ab Ordinario delegandus sacerdos, servatis servandis, et cum unico Crucis signo, Nostro nomine et auctoritate cum plenaria peccatorum omnium indulgentia benedicere licite possit. In contrarium facientibus

non obstantibus quibuscumque. Praesentibus hoc anno tantum valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus habeatur fides quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIV Maii MDCCCXCVIII Pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

*Alois. Card. Macchi.*

Sv. Oče torej dopuščajo, da se letos do konca leta v zahvalo obhajajo slovesne tridnevnicke in sicer v cerkvah, kjer je bratovščina presv. Rešnjega Telesa kanonično vpeljana, po deželi pa v vseh župnijskih cerkvah, kjer obstoji mesečna ura za češčenje sv. Rešnjega Telesa. Nadalje dovoljujejo sv. Oče, da naj zadnji dan v Njihovem imenu vodja bratovščine ali drug od škofa odločen duhovnik z jednim jedinim znakom sv. križa podeli popolne odpustke vsem, ki so ob omenjeni tridnevnicji prejeli sv. zakramente in molili za jedinstvo krščanskih vladarjev, za zatrtje krive vere, spreobrnjenje grešnikov in poveličanje matere sv. cerkve.

Omenjena bratovščina se je vpeljala tudi v našo škofijo. V početku leta 1859 in sicer z vlogo od 2. februarja so nekatere pobožne gospe, na čelu Karolina plem. Posch, Terezija grofica Auersperg, Antonija grofica Blagaj, prosile tedanji kapitularni vikarijat, naj se bratovščina sv. Rešnjega Telesa tudi v Ljubljani v nunski cerkvi ustanovi in glavni leta 1858 na Dunaju potrjeni bratovščini radi odpustkov pridruži. Preč. gosp. Kos, kapitularni vikarij, je prošnji rad ustregel in je potrdil bratovščino z odlokom 11. marca 1859, podelivši ji za vodjo veleč. gosp. Dr. Paukerja, spirituvala v bogoslovnem semenišču. V Ljubljani se je bratovščina precej hitro razvila. Že koncem prvega leta je mogel gosp. ravnatelj knezoškofijskemu ordinarijatu sporočiti, da ima bratovščina precej udov, da je imela 700 mo-

litvenih ur, da je zbrala 533 gld. 81 kr., za ta denar napravila mnogo lepe mašne obleke, n. pr. 7 kazul, 18 alb, 36 humeralov, 48 korporalov, ter jo podelila raznim župnijam. Zajedno pa toži, da je bratovščina zunaj ljubljanskih zidov po škofiji še kaj malo poznana, in prosi, naj jo škofijstvo prav toplo priporoči. In zares, škofijstvo jo je v dopisu na duhovne pastirje z dne 20. majnika l. 1860 toplo priporočilo. Od tega časa se je bratovščina vedno bolj razširjevala. Verni naš narod rad moli molitvene ure, rad daruje prineske, gospe uršulinke pa in ljubljanske gospodične uporabljajo iz ljubezni do Jezusa rade vso svojo umetnost in spretnost za lepe cerkvene izdelke. Tako se je že mnogo storilo za češčenje Jezusa v presv. Rešnjem Telesu in za povečanje službe božje. Saj smo se letos vsi čudili, zroč razstavo cerkvene obleke, za katero je poskrbela bratovščina pod svojim drugim ravnateljem preč. gener. vikarijem in kanonikom Janezom Flisom in katera je bila vredna nad 8000 gld. Bog naj povrne ves trud čč. gg. duhovnikom in vsem vernikom.

Zato mislim, da boste gotovo vsi zadovoljni, ako po želji sv. Očeta tudi za našo

škofijo odredim tridnevnic, in sicer v Ljubljani v nunski cerkvi 6., 7. in 8. decembra, kjer naj se izpostavi sv. Rešnje Telo od 6. ure zjutraj pa do 6. zvečer. Ob desetih naj bo slovesna sv. maša, zvečer pa litanije presladkega Imena Jezusovega. Po župnijah na deželi, kjer je vpeljana molitvena ura, pa naj se ta tridnevnic obhaja v adventu one dni, katere kot primerne odloči dotični duhovni pastir; zjutraj naj bo sv. maša z blagoslovom, zvečer naj se sv. Rešnje Telo eno uro izpostavi, potem pa opravijo litanije presladkega Imena Jezusovega.

Veleč. gg. duhovni pastirji naj podučé svoje ljudstvo o tem in jim tudi oznanijo in podelé odpustke pod zgoraj omenjenimi pogoji. Upam, da se bo ljudstvo, dovolj podučeno, prav rado udeležilo pobožnosti in da bodo pri tej priliki mnogi opravili adventno spoved.

*Od kn.-škof. ordinarijata v Ljubljani,*

dné 16. oktobra 1898.

† Anton Bonaventura,  
knez in škof.

63.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

EPISTOLA ENCYCLICA AD EPISCOPOS SCOTIAE.

(Continuatio et finis.)

Verum magna ex eo tempore conversio rerum consecuta est, fide avita apud plurimos extincta. Numquamne excitatum iri censebimus? Imo vero certa quaedam apparent indicia rerum, quae spem bonam de Scotis, adiuvante Deo, inchoare iubeant. Videmus enim lenius quotidie benigniusque haberi catholicos; dogmatis

catholicae sapientiae iam non, ut fortasse antea, contemptum vulgo adhiberi, sed favorem a multis, obsequium a non paucis; perversitates opinionum, quae nimium quantum impediunt iudicium veri, sensim obsolescere. Atque utinam vigeat latius per investigatio veritatis; neque enim dubitandum, quin auctior notitia reli-

gionis catholicae, germana nimirum suisque e fontibus, non ex alienis petita, praeiudicatas eiusmodi opiniones penitus ex animis abstergat.

Scotis universis ea quidem tribuenda laus non mediocris, quod divinas litteras colere et revereri assiduo consueverunt. Sinant igitur, nonnihil Nos de hoc argumento ad suam ipsorum salutem amanter attingere. Videlicet in ea, quam diximus, verecundia sacrarum litterarum inest velut quaedam cum Ecclesia catholica consensus: quidni queat redintegrandae unitatis initium aliquando existere? Ne recusent meminisse, utriusque Testamenti libros se ab Ecclesia catholica, non aliunde, accepisse: cuius vigilantiae perpetuisque curis acceptum referendum, quod sacrae litterae maximas temporum ac rerum procellas integrae evasere. — Historia testatur iam inde antiquitus de Scripturarum incolumitate Synodum Carthaginiensem III atque Innocentium I Romanum pontificem immortaliter meruisse. Recentiore vero memoria cogniti sunt tum Eugenii IV, tum Concilii Tridentini vigiles in eodem genere labores. Nos autem ipsi, haud ignari temporum, datis non ita pridem litteris encyclicis, Episcopos catholici orbis gravissime appellavimus, diligenterque monuimus quid opus esset facto, ut integritas ac divina auctoritas sacrarum litterarum salva consisteret.

Nam, in hoc praecipiti ingeniorum cursu, sunt plures quos libido fastidiosius quaelibet disquirendi, contemptioque vetustatis ita agat transversos, ut fidem sacro volumini vel elevare omnem, vel certe minuere non dubitent. Nimirum homines opinione scientiae inflati, iudicioque praefidentes suo, non intelligunt quam sit improbae temeritatis plenum, humano prorsus modulo metiri quae Dei sunt opera; eoque minus audiunt Augustinum alte clamantem: „Honora Scripturam Dei, „honora verbum Dei etiam non apertum, differ pietate „intelligentiam,<sup>1)</sup>“ „Admonendi sunt studiosi venerabilium litterarum.... orent ut intelligant<sup>2)</sup>“ „Ne aliquid „temere et incognitum pro cognito asserant.... nihil temere esse affirmandum, sed caute omnia modesteque tractanda<sup>3)</sup>“.

Verumtamen cum Ecclesiam perpetuo mansuram esse oporteret, non solis ea Scripturis, sed alio quodam praesidio instrui debuit. Scilicet divini auctoris fuit illud cavere, nequando caelestium doctrinarum thesaurus in Ecclesia dissipatus deficeret; id quod necessitate futurum erat, si eum singulorum hominum arbitrio permisisset. Opus igitur fuisse apparet ab initio Ecclesiae magisterium aliquod vivum et perenne, cui ex Christi auctoritate demandata esset cum salutifera ceterarum rerum doctrina, tum interpretatio certa Scripturarum; quodque, assiduo Christi ipsius auxilio muni-

tum ac septum, nullo modo delabi in errorem docendo posset. Cui rei sapientissime Deus cumulateque providit, idque per unigenitum Filium suum Iesum Christum: qui scilicet germanam Scripturarum interpretationem tum in tuto posuit cum Apostolos suos in primis et maxime iussit, nequaquam dare scriptioni operam, neque vulgo diribere vetustiorum Scripturarum, sine discrimine, sine lege, volumina, sed omnino edocere gentes viva voce universas, et ad cognitionem professionemque doctrinae caelestis, alloquendo, perducere: *Euntes in mundum universum PRAEDICATE Evangelium omni creaturae.*<sup>1)</sup> — Principatum autem docendi contulit uni, quo tamquam fundamento universitatem Ecclesiae docentis niti oporteret. Christus enim cum claves regni caelorum Petro traderet, una simul ei dedit ceteros regere qui *ministerio verbi* fungerentur: *Confirma fratres tuos*<sup>2)</sup>. Hoc itaque magisterio cum discere fideles debeant quaecumque ad salutem pertinent, ipsam petant divinatorum librorum intelligentiam necesse est.

Facile autem apparet quam incerta sit et manca, et inepta proposito eorum ratio, qui Scripturarum sensum unice ipsarum Scripturarum ope vestigari posse existimant. Nam, eo dato, suprema lex interpretandi in iudicio denique consistet singulorum. Iamvero, quod supra attigimus, prout quisque comparatus animo, ingenio, studiis, moribus ad legendum accesserit, ita divinatorum sententiam eloquiorum iisdem de rebus interpretabitur. Hinc discrepantia interpretandi dissimilitudinem sentiendi contentionesque gignat necesse est, converso in materiam mali, quod unitati concordiaeque bono datum erat.

Quae quidem quum vere dicamus, res loquitur ipsa. Nam omnes catholicae fidei expertes atque inter se dissentientes de religione sectae, id sibi singulae sumunt ut omnino placitis institutisque suis suffragari sacras litteras contendant. Adeo nullum est tam sanctum Dei donum, quo non abuti ad perniciem suam homo queat, quandoquidem divinas ipsas Litteras, quod gravi sententia monuit beatus Petrus, *indocti et instabiles depravant... ad suam ipsorum perditionem*<sup>3)</sup>. His de causis Irenaeus, recens ab aetate Apostolorum idemque fidus eorum interpres, inculcare hominum mentibus numquam destitit, non aliunde accipi notitiam veritatis, quam ex viva Ecclesiae institutione oportere: „Ubi enim Ecclesia, ibi et Spiritus Dei, et ubi Spiritus Dei illic Ecclesia et omnis gratia; Spiritus autem veritas<sup>4)</sup>... Ubi igitur charismata Domini posita sunt, „ibi discere oportet veritatem apud quos est ea quae

<sup>1)</sup> In Ps. 146, n. 12.

<sup>2)</sup> Doctr. Chr. lib. III, c. 37, n. 56.

<sup>3)</sup> In Gen. Op. Imp.

<sup>1)</sup> Marc. XVI, 15.

<sup>2)</sup> Luc. XXII, 32.

<sup>3)</sup> II Petr. III, 16.

<sup>4)</sup> Adv. Haer. lib. III.

est ab Apostolis Ecclesiae successio<sup>4)</sup>. — Quod si catholici, quamvis in genere civilium rerum non ita coniuncti, connexi tamen aptique inter se unitate fidei mirabili tenentur, minime est dubium quin huius praecipue magisterii virtute et ope teneantur.

Scotorum nobiscum de fide dissidentium complures quidem Christi nomen ex animo diligunt, eiusque et disciplinam assequi et exempla sanctissima persequi imitando nituntur. At qui mente qui animo unquam adipisci poterunt quod laborant, nisi erudiri sese atque ali ad caelestia eâ ratione et via patiantur, qua Christus ipse constituit? nisi dicto audientes Ecclesiae sint, cui praecipienti ipse auctor fidei perinde obtemperari homines iussit ac sibi: *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit*? nisi requirant alimenta pietatis virtutumque omnium ex eo, cui Pastor summus animarum vicario dedit esse sui muneris, universi gregis curâ concredita? Interea certum Nobis est Nostris non deesse partibus; imprimisque supplices contendere a Deo, ut inclinatis ad bonum mentibus velit potiora gratiae suae incitamenta adicere. Atque utinam divina Nobis exorata benignitas hoc Ecclesiae matri solatium optatissimum largiatur, ut Scotos universos ad fidem avitam *in spiritu et veritate* restitutos complecti celeriter queat. Quid non ipsis sperandum, reconciliata nobiscum concordia? Confestim effulgeret undique perfecta et absoluta veritas cum possessione bonorum maximorum, quae secessione interierant. Quibus in bonis longe excellit unum, quo miserrimum est carere: sacrificium sanctissimum dicimus, in quo Iesus Christus, sacerdos idem et victima, Patri suo se offert ipse quotidie, ministerio suorum in terris sacerdotum. Cuius virtute sacrificii infinita nobis Christi applicantur merita nimirum divino cruore parta, quem actus in crucem pro salute hominum semel effudit. Harum fides rerum florebat integra apud Scotos, quo tempore S. Columba mortale agebat aevum: itemque postea cum templa maxima passim excitarentur, quae maiorum vestrorum excellentiam et artis et pietatis posteritati testantur. — Necessitatem vero sacrificii vis ipsa et natura religionis continet. In hoc enim est summa divini cultus, agnoscere et revereri Deum ut supremum dominatorem rerum, cuius in potestate et nos et omnia nostra sunt. Iamvero non alia est ratio et causa sacrificii, quae propterea *res divina* proprie nominatur: remotisque sacrificiis, nulla nec esse nec cogitari religio potest. Lege veteri non est lex inferior Evangelii: imo multo praestantior, quia id cumulate perfecit, quod illa inchoarat. Iamvero sacrificium in Cruce factum praesignificabant sacrificia in Testamento veteri usitata, multo ante quam Christus nasceretur: post eius ascensum in caelum, idem illud sacrificium sacrificio eucha-

ristico continuatur. Itaque vehementer errant, qui hoc perinde respuunt, ac si veritatem virtutemque sacrificii deminuat, quod Christus, cruci suffixus, fecit; *semel oblatus ad multorum exhaurienda peccata*.<sup>1)</sup> Omnino perfecta atque absoluta illa expiatio mortalium fuit; nec ullo modo altera, sed ipsa illa in sacrificio eucharistico inest. Quoniam enim sacrificalem ritum comitari in omne tempus religioni oportebat, divinissimum fuit Redemptoris consilium ut sacrificium semel in Cruce consummatum, perpetuum et perenne fieret. Huius autem ratio perpetuitatis inest in sacratissima Eucharistia, quae non similitudinem inanem memoriamve tantum rei affert, sed veritatem ipsam, quamquam specie dissimili: proptereaque huius sacrificii efficientia sive ad impletandum, sive ad expiandum, ex morte Christi tota fluit: *Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus*.<sup>2)</sup>

Iam, quod reliquum est, ad eos qui catholicum nomen profitentur Nostra propius spectat oratio: idque ob eam causam, ut proposito Nostro prodesse aliquid opera sua velint. Studere, quoad quisque potest, proximorum saluti christiana caritas iubet. Quamobrem ab eis primum omnium petimus, ut huius rei gratia orare atque obsecrare Deum ne desinant, qui lumen efficax mentibus affundere, voluntatesque impellere quo velit, solus potest. Deinde, quia ad flectendos animos plurimum exempla possunt, dignos se ipsi praestent veritate, cuius divino munere sunt compotes; ac bene moratae instituto vitae adiiciant commendationem fidei, quam profitentur: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*<sup>3)</sup>: unaque simul civilium exercitatione virtutum efficiant, ut illud quotidie magis appareat, religionem catholicam inimicam civitati, nisi per calumniam, traduci non posse: quin imo alia in re nulla plus reperiri ad dignitatem commodumque publicum praesidii.

Illud etiam magnopere expedit, tueri religiosissime, imo etiam stabilire firmiter, septamque omnibus praesidiis tenere catholicam adolescentis aetatis institutionem. Haud sane latet Nos, cupidae discendi iuventuti suppetere apud vos publice ludos probe instructos, in quibus certe optimam studiorum rationem non requiras. Sed eniti atque efficere necesse est, ut domicilia litterarum catholica nulla in re concedant ceteris: neque enim est committendum, ut adolescentes nostri minus parati existant a litterarum scientia, ab elegantia doctrinae, quas res fides christiana honestissimas sibi comites ad tutelam et ornamentum exposcit. Postulat

<sup>1)</sup> Hebr. IX, 28.

<sup>2)</sup> Mal. I, 11.

<sup>3)</sup> Matth. V, 16.

<sup>4)</sup> Adv. Haer. lib. IV.

igitur religionis amor et patriae caritas, ut quaecumque catholici apte instituta habent vel primordiis litterisque, vel gravioribus disciplinis tradendis, ea constabilienda et augenda pro suis quisque facultatibus curent. — Acquum est autem audiuari praecipue eruditionem cultumque Cleri, qui non aliter suum hodie locum digne utiliterque tenere potest, quam si omni fere humanitatis et doctrinae laude floruerit. Quo in genere beneficentiae catholicorum studiosissime ad opitulandum proponimus Collegium Blairsense. Opus saluberrimum, magno studio ac liberalitate inchoatum a pietissimo cive, ne patiantur intermissione collabi et interire, sed aemula munificentia in maius etiam provehant, ad fastigiumque celeriter perducant. Tanti enim id est, quanti providere ut ferme in Scotia sacer ordo rite congruenterque temporibus educi possit.

Haec omnia Venerabiles Fratres quae propensissimus in Scotos animus Nobis expressit, sic habete ut sollertia potissimum caritativae vestrae commendata

putetis. Poro eam navitatem, quam Nobis luculenter probastis adhuc, probare pergite, ut ista efficiantur quae non parum videntur proposito conducibilia. Perdifficilis sane causa est in manibus, ut professi saepe sumus, humanisque viribus ad expediendum maior; sed longe sanctissima, consiliisque divinae bonitatis apprime congruens. Quare non tam difficultas rei Nos commovet, quam recreat ea cogitatio, vobis ad praescripta Nostra elaborantibus, Dei miserentis opem numquam abfuturam.

Auspicem caelestium munerum, et paternae Nostrae benevolentiae testem, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, clero, poquoloque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXV Iulii MDCCCXCVIII. Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

64.

## Zakon z dné 19. septembra 1898,

*s katerim se razglašajo določila gledé dotacije katoliških dušnih pastirjev.*

Državni zakonik objavlja v svojem LVIII. kosu l. 1898 (izdanem dné 1. oktobra 1898) pod štev. 176 novi zakon gledé kongruie. Ker slovenske izdaje državnega zakonika z avtentičnim prevodom tega zakona doslej še nismo prejeli, zadeva pa je nujna, objavljamo v nastopnem nemško besedilo. Čč. gg. opozarjamo zlasti na določilo § 8 al. 2., po katerem *morajo vložiti tisti dušni pastirji, ki so v službi in imajo pravico do kongruinega dopolnila, v teku dveh mesecev štejoč od dneva, ko je stopil ta zakon v veljavo (to je najpozneje do 30. novembra 1898), svoje priznatke pri svojem ordinarijatu.*

Zakon slove:

**Gesetz vom 19. September 1898,**

**mit welchem Bestimmungen über die Dotation der katholischen Seelsorgegeistlichkeit erlassen werden.**

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrathes finde Ich anzuordnen, wie folgt:

§ 1.

Selbständigen katholischen Seelsorgern und Hilfspriestern wird das standesgemäße Minimaleinkommen (Congrua), insofern dasselbe durch mit dem geistlichen Amte verbundene Bezüge nicht gedeckt ist, aus den Religionsfonds, beziehungsweise aus der staatlichen Dotation derselben ergänzt.

Die Congrua eines selbständigen Seelsorgers gebührt jenen Geistlichen, welche auf Grund canonischer Einsetzung von Seite des Diöcesanbischöfes in einer bestimmten kirchlichen Gemeinde die Seelsorge auszuüben das Recht und die Pflicht haben oder sonst durch den Diöcesanbischof zur selbständigen

Ausübung der Seelsorge berechtigt sind, wie Localkapläne, Pfarrvicare u. s. w., soferne in dem einen und anderen Falle die betreffende Seelsorgestation staatlicherseits als selbständig anerkannt ist.

Die Congrua eines Hilfspriesters gebührt denjenigen Geistlichen, welche den selbständigen Seelsorgern vom Diöcesanbischöfe mit staatlicher Zustimmung zu deren Unterstützung in der Ausübung der Seelsorge beigegeben sind.

Die staatliche Anerkennung ist ohne weitere Nachweisung bezüglich derjenigen Seelsorgestationen und Hilfspriesterstellen anzunehmen, welche in dieser Eigenschaft bei dem Inkrafttreten des kaiserlichen Patentens vom 5. November 1855, R. G. Bl. Nr. 195, bereits bestanden haben und seither nicht ausdrücklich aufgelassen worden sind.

Inhaber einfacher Beneficien haben, wenn sie eine systemisirte Hilfspriesterstelle versehen und diese Hilfeleistung vom Diöcesanbischöfe im Einvernehmen mit der staatlichen Cultusverwaltung als nothwendig anerkannt wird, Anspruch

auf eine Entlohnung im Ausmaße der Hilfspriestercongrua, beziehungsweise auf Ergänzung ihres Beneficialeinkommens bis zur Höhe der Hilfspriestercongrua.

Religiosen, welche eine systemisirte weltgeistliche Hilfspriesterstelle versehen, haben, wenn diese Leistung vom Diöcesanbischöfe im Einvernehmen mit der staatlichen Cultusverwaltung als nothwendig anerkannt wird, Anspruch auf eine Entlohnung im Ausmaße der Hilfspriestercongrua.

### § 2.

Das Minimaleinkommen wird für jedes der im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder nach dem diesem Gesetze beigeschlossenen Schema I festgestellt.

Dieses Minimaleinkommen wird rücksichtlich derjenigen systemisirten Hilfspriester, welche mit Seelsorgefunctionen an einer außerhalb des Pfarrortes befindlichen Kirche betraut sind und bei derselben ihren Amtssitz haben, um 160 fl. erhöht.

### § 3.

Ob und inwieweit im einzelnen Falle eine Ergänzung nach § 1 stattzufinden hat, wird auf Grund der im Wege der Ordinariate einzubringenden Einbekenntnisse von der politischen Landesbehörde entschieden.

Für die Einbekenntnung der Einnahmen und Ausgaben zum Zwecke der Congruaergänzungen haben folgende Grundzüge zu gelten.

### § 4.

Als Einnahmen sind nur nachstehende Bezüge einzurechnen:

- a) Der Reinertrag von Grund und Boden in jener Höhe, in welcher derselbe von den betreffenden Grundstücken zur Bemessung der Grundsteuer festgestellt erscheint;
- b) der Zinsertrag vermieteter Gebäude in seiner wirklichen Höhe, nach Abschlag der gesetzlichen Quote der Erhaltung- und Amortisationskosten;
- c) der Ertrag von Capitalien, nutzbaren Rechten und gewerblichen Betrieben;
- d) fixe Renten und Dotationen in Geld, Geldeswert oder Naturalien, letztere mit 20 Procent Abschlag vom Bruttoertrage wegen Minderwertigkeit und als Einbringungskosten. Ausnahmsweise kann bei c) und d) für Einbringungskosten von Capitalzinsen oder Renten aus Billigkeitsrücksichten ein entsprechender Abschlag bewilligt werden;
- e) das Einkommen aus Überschüssen des localen Kirchenvermögens, insofern solche Überschüsse zu Dotationszwecken verwendet werden können;
- f) die Stologiebühren in einem Pauschalbetrage, welcher von der Landesbehörde im Einvernehmen mit dem Diöcesanbischöfe, oder falls ein Einverständnis nicht erzielt wird, vom Cultusminister festzusetzen ist.

Von den solcherweise ermittelten Stologiebühren ist ein Betrag von 30 fl. in Abrechnung zu bringen.

### § 5.

Von der Einrechnung ausgeschlossen ist das Erträgnis der mit einem bestimmten Betrage errichteten Stiftungen für Messen und andere gottesdienstliche Handlungen.

### § 6.

Die Erträgnisse der nach Wirksamkeit dieses Gesetzes durch Liberalitätsacte einer bestehenden Pfründe zugewachsenen Vermögenschaften sind von der Einrechnung ausgeschlossen.

### § 7.

Als Ausgaben sind einzustellen:

- a) Die von den einzubekennenden Einnahmen (§ 4) zu entrichtenden landesfürstlichen Steuern, Landes-, Bezirks- und Gemeindeumlagen und sonstige für öffentliche Zwecke auf Grund eines Gesetzes zu leistende Beiträge, sowie das Gebührenäquivalent;
- b) die Kanzleiauslagen für die Matrizenführung, wo dieselben nicht aus dem Kirchenvermögen oder von einem anderen hiezu Verpflichteten bestritten werden, dann die mit der Führung des Decanatsamtes (Bezirksvicariates) verbundenen Auslagen in einem im Verordnungswege festzustellenden Betrage;
- c) Leistungen an Geld und Geldeswert aus dem Grunde einer auf dem Einkommen haftenden Verbindlichkeit. Hiezu gehören insbesondere die auf Grund bestimmter Rechtstitel das Pfründeneinkommen belastenden Leistungen an Hilfspriester;
- d) die directivmäßige Vergütung für die auf der Congruaergänzung haftenden Religionsfondsmessen;
- e) ständige außergewöhnliche Ausgaben für die Sicherstellung des Wasserbedarfes.

Dagegen sind alle auf den persönlichen Unterhalt (Haushalt) bezüglichen und mit der Bewirtschaftung von Grund und Boden verbundenen, sowie die durch die Instandhaltung der pfarrlichen Gebäude nach den bestehenden Vorschriften entstehenden Ausgaben nicht einzubeziehen.

### § 8.

Die Bestimmung der Art und Weise, wie die Einbekenntnisse einzurichten, zu prüfen und richtigzustellen sind, bleibt dem Verordnungswege vorbehalten.

Die Einbekenntnisse sind innerhalb der Frist von zwei Monaten nach dem Tage des Amtsantrittes des selbständigen Seelsorgers, beziehungsweise Hilfspriesters, rücksichtlich der bereits im Amte befindlichen congruaergänzungsberechtigten Seelsorgegeistlichkeit binnen zwei Monaten vom Tage der Wirksamkeit dieses Gesetzes beim Ordinariate zu überreichen. Aus triftigen Gründen kann diese Frist erstreckt werden.

Die Congruaergänzung ist vom Tage des Amtsantrittes an zuzuerkennen, wenn das Einbekenntnis innerhalb der gesetzlichen oder erstreckten Frist überreicht wurde. Im Falle das Einbekenntnis nach Ablauf der gesetzlichen oder erstreckten Frist überreicht wurde, ist die Congruaergänzung vom Tage des Einlangens der Fassion bei der politischen Landesstelle an, zuzuerkennen.

## § 9.

Zeigt sich, daß eine nach den vorstehenden Bestimmungen einzubekennende Einnahme verschwiegen oder eine Ausgabe wissentlich unrichtig angesetzt wurde, so ist den für die Richtigkeit des Einbekenntnisses verantwortlichen Personen eine Geldstrafe bis zur Höhe desjenigen Betrages aufzuerlegen, um welchen der Religionsfond, beziehungsweise der Staatsschatz benachtheiligt worden wäre.

In anderen Fällen einer Divergenz ist lediglich das Einbekenntnis richtigzustellen und nur nach Umständen der Ersatz der Kosten des Richtigstellungsverfahrens aufzuerlegen.

## § 10.

Die Provisoren erledigter Pfründen erhalten ihren Gehalt aus den Religionsfondem.

Derselbe richtet sich nach der Höhe der Congrua, welche der betreffenden Pfründe nach § 2 zukommt und beträgt bei Pfründen mit 600 fl. Congrua fünf und vierzig (45) Gulden, bei solchen mit 700 fl. Congrua fünf und fünfzig (55) Gulden, bei solchen mit 800 bis 900 fl. Congrua sechs und zehn (60) Gulden und bei jenen mit 1000 fl. oder mehr Congrua sieben und zehn (70) Gulden monatlich.

